

docuerit. **I**te per aqueductus a qua ad loca electa deducitur et ibi ad altiora sublimatur. **S**ic doctrina Augustini altissimis mentibus competit. **U**nde Gregorius doctrinam Augustini comparat simulagim / suam autem furtivam. **S**ed adoptando has tres proprietates ad mores per maiori eruditione nostra dicamus quod quantum ad primam proprietatem illa mens quasi per aqueductum latenter diuinum influxum percipit que diuinarum reuelationum secreta et quasi furtive modo videlicet inexplorabili et mundanis hominibus incognito et occulto suscipere didicit. **S**ic Job cum dicebat Quasi furtive suscepit auris mea venas furtive. **H**ec sunt aque ille furtive que dulciores sunt alijs. **P**er xiiii. **H**as autem venas furtivas suscepit auris Augustini cum dicebat quarto confessionum. **A**liquando in tromitis me et nescio ad quam dulcedine. **I**tem quantum ad secundam proprietatem. **I**sta mens sine fororum admixtione et absque estu extranei amoris soli deo in omnimoda puritate vivit. **S**ic sponsa in Cantu dicebat. **I**ntroduxit me rex in cellam vinarum ordinata in me caritate. **U**bi dicitur de ordinatione caritatis sine qua amor est impurus. **H**anc puritatem amoris Augustinus ante suam conversionem conqueritur se non habuisse dicens in libro confessionum. **V**enam amicitie iniquitatem foribus concupiscentie. **S**ed postquam ipse introductus fuit in cellam vinarum ordinata et depurata fuit in eo caritas. et tunc dixit. **D**isplicebat michi quidquid agebam in seculo. **E**t post libro nono. **I**n hanc ore corde periter in superna. **I**tem quantum ad tertiam proprietatem ista mens semper ad altiora sui ascendit. **S**ic beata virgo quando quod verus aqueductus verbum eternum et taliter de fonte paterno conceperat mox ascendit in montana. **A**dapta. **S**ic beatus Augustinus quarto confessionum. **N**unc inquit que tu domine repleas / subleuas eum et quoniam tui sum plenus non oneri michi sum.

xxxviiij. **S**ubsermo primus

Primus de paradiso. **S**ecundum triplicem hierarchiam quam describit Dionysius scilicet diuinam angelicam et humanam. **H**ugo in commento distinguit triplicem

paradisum. supercelestem. celestem et subcelestem. **P**aradisus supercelestis est deus trinus et deus vnus propter incorruptibilitatem. propter inaccessibilitatem et propter voluntatem. **A**ugustinus dicit inquit diuinitas paradisi ratione incorruptibilitatis. **I**n paradiso enim est lignum vite ex cuius esu homo quasi incorruptibilis fuisset conseruatus. **E**t certe in ipsa deitate est lignum vite immo fons vite ex quo omnibus influitur vita. **P**s. **D**omine apud te est fons vite. id est verbi eterni **J**ohannis primo. **Q**uod factum est in ipso vita erat. **I**tem propter inaccessibilitatem. **P**aradisus enim est locus inaccessibilis propter eminentiam sicut diuinitas. **P**s. **A**ccedet homo ad cor altum. **I**tem propter voluntatem. sic hic et dicit Augustinus in de vera religione. **Q**uod tanta est iocunditas lucis eterne. **A**d hunc paradisum raptus est paulus. **U**bi dicit gloria. **R**aptus est in paradisum. id est in illam iocunditatem et tranquillitatem qua fruuntur illi qui sunt in celesti hierusalem que est tranquillitas diuinitatis / qua sola fruendum est. **S**ecundum Augustinum. **E**t hoc autem paradiso exeunt quatuor flumina. id est quatuor creaturarum genera. **P**ersonae enim due et si de corde paterno procedant non tamen proprie exte dicuntur quia semper manent in ipso fonte. **P**rimus igitur fluvius exiens de hoc fonte est verbum incarnatum. **H**ec est enim excellentissima creatura cui nulla est comparabilis. **I**deo est quasi quidam fluvius distinctus ab alijs. **S**ecundus fluvius est creatura intellectualis. **T**ertius creatura rationalis. **Q**uartus creatura corporalis. **E**t quia beatus Augustinus in hoc paradiso eternaliter fruatur. et ex ipso in tempore exiit / cum esse in propria natura assumpsit. **I**deo conuenienter dicere potest. **E**xiiij. **P**aradiso. **S**ed hic incidit questio rationabilis. **U**trum em talis exitus de hoc paradiso sit communis omni creature etiam ajino et formice qui hoc sensu similiter dicere possent. **E**xiii. **P**aradiso. **Q**ualis ergo commendatio est ex hoc Augustinus quod ipse exiit de paradiso. **D**icendum quod non eodem modo omnes creature exeunt a deo. **Q**uedam exeunt nude. **Q**uedam vero diuina similitudine vestite quales sunt in ipsum intellectuualiter redentes. **E**xemplum de duobus qui in curia imperatoris exiissent. vnus nudus / alcer vestitus regalibus et magnificis. id est muneribus insignitus. **E**t talis eleganter dicere posset se de curia imperatoris venisse. **P**rimus non. **S**ic hic adapta. **U**nde igitur creature a deo